



ung. VI. 180

*Occasionalia  
poliositum Lannuia*

vol. 20

~~II-180~~

II-180

VI-180.

61

VIRVM  
MAXIME REVERENDVM AMPLISSIMVM  
EXCELLENTISSIMVMQVE  
DOMINVM  
**IO. HERMANNVM**  
**AB ELSVWICH**  
**S. THEOLOGIAE LICENTIATVM**  
MVLTQ DEXTRRIMVM  
AMPLISSIMAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE  
VITEMBERGENSIS HVCDVM ADSESSOREM  
ET THEOLOGIAE CANDIDATVM  
INSIGNITER PROMERITVM  
NVNC STADAЕ IN DVCATV BREMENSI  
AD DD. COSMAE ET DAMIANI AEDEM  
**PASTORIS PRIMARI**  
MVNVS OBITVRVM  
PATRONVM SVVM AC STVDIORVM AMPLIFICATOREM  
AETATEM CVM CVRA SIBI VENERANDVM  
SALVERE IVXTA ET VALERE IVBET  
EIDEMQVE  
SANCTVM HOC OFFICIVM  
ANIMO QVO DECET OBSERVANTISSIMO  
PIE GRATVLATVR  
**MEINHARDVS PLESKEN**  
BREMENSIS

---

VITEMBERGAE LITERIS SAMVELIS CREVSIGIL



**Q**UAM nuper admodum, Vir maxime Reuerende, ru-  
morem, qui de muneribus sacris, Stadae Tibi fusi-  
piendis, Tuoque ex Alma hac Vitembergeni discessu,  
iam ante menses aliquor excrebuerat, haud frustra ui-  
derem caluisse; recordabar illlico obsequii in Te mei, quo spar-  
tam, quam ingrederis, dudum a virtute Tua ac doctrina pro-  
meritam, enixa Tibi gratulari, arque publica pro salute Tua  
nuncupare uota, iubear. Nec dubitauit ego, has officia mei  
partes Tibi per litteras exsoluere, cum, quod tot aliis, ob no-  
uam Tibi dignitatem acclamantibus, est concessum, atque ipse-  
met paritet animo iam destinaram, ligata easdem oratione ex-  
plere, mea mihi nunc Mufe neget. Evidem dum meo me  
pede metior, colligo facile, quod nec ausim diffiteri, litteras  
qualescumque meas nullo prorius, nisi obseruantiae solius, no-  
mine se Tibi posse commendare. Quo tamen minus a cepto  
femel proposito meo desistam, varia illa atque insignia, quae  
exstant, Tuae erga me benevolentiae documenta faciunt, quibus  
audaculi potius et temerarii, quam negligentes uel obli-  
uosi hominis, notam subire, et, si quid a me officiū cultusque  
proficii possit, id Tibi, Patrone optime, maxima, qua fieri  
animi promptitudine potest, exhibere, obstrictus teneor. Vix  
enim tertius supra decimum nunc mensis labitur, quod, hanc  
in Academiam me conferens, Tuac statim doctrinae ac fidei  
studiorum meorum rationes, non minima ex parte, credidi.  
Ab hoc uero tempore tantum abesi, ut nihil defuerint Tui in  
me immerentem affectus abundantissimi, et candoris, tefi-  
monia, ut cumulatus propemodum iisdem quotidie fuerim.  
Non sufficere Tibi videbatur, adiutum ad Te nullo mihi tem-  
pore esse praeculsum, aut quod hilari semper fronte, et, quam  
merebat, urbanus me exciperes. Suppeditatas praeterea, et,  
quaus data occasione, facile suppeditatas, egregia in studio-  
rum usum consilia, mutuabas et libraria Tua suppellectili subsidia,  
communicabas noua, enodabas etiam, si quae uia mihi fuerant,  
difficiliora, ac, ut multa edisseram brevibus, quo me Tibi ob-  
strictissimum efficeres, i nihil unquam, quotiescumque Te  
conueniebam, intermittebas. Neque uero tam uecors sum, ut  
inter uoluptrates, quas per illud temporis spatium, ex quo hic  
Vitemberga dego, percepi, Tuas, Vir Amplissime, in uario  
disciplinarum genere institutiones, graues illas semper et ele-  
gantes, non numerem. Non sane melius mei ipsius consuli  
bono, quam illa, quam propriam Tute in docendo Tibi fecisti,  
dexteritate, arbitrabar, neque praelectiones Tuas, seu in Me-  
taphysicis

taphysicis, quas uocamus, institutionibus proponendis, seu in explicanda de spiritibus doctrina, seu in formandis Christianorum moribus illae occuparentur, mihi uidebar posse praeterire. Nolim uero exponere hoc loco, Praeceptor Venerande, quo cum applausu usque Auditorum, in his, uti in reliquis, quae aperuitti, collegiis omnibus, Tuarum sategeris partium, quam Tua ipsius modestia id non permittat, omnia uero studioforum cohors satis et abunde pro eodem loquantur. Hoc unum addo, quod in uotis nihil habuerim impensius, quam ut licuerit mihi, Te Duce ac Doctore, et in cepto ulterius pergere stadio, et ad altiores superiorum scientiarum aditus pedem promouere. Verum enim ultra fata nunc experior uota non esse. Stada enim est, quae Almae huic nostraræ, nobisque omnibus, Vale Te iubet dicere, atque propius Tibi iungi, Tuoque imposterum frui quotidie confortio discipit. Non equidem intridet hanc, quam habituri sunt proxime, fortunam Stradiibus, quibus et ego quodammodo obstrictum me noui, quod anum meum L. Io. Hartmannum Mislerum p.m., quem Lycei fui et scholæ Rectorem ipso illo tempore uocarunt, quo, funefios inter a Gallo motus excitatos, in Augusta Vangionum sede eadem prouincia, quatuor prope lufra ab illo culta, eidem obecunda nunc erat, benigne per complures annos fouerunt, et ad D. Pancratii aedem insimul Pastorem constitutum, in ecclesiastico pariter et scholastico officiis, quoad iisdem praefuit, non uno sibi nomine deuinxerunt. Absit etiam a candore meo longissime, ut Tibi, Fautor Honorande, uel munus diuino beneficio collatum, uel, quae in eodem comitatura Te sunt, bona reliqua inuideam. Vtut denique nec mihi met ipsi uelimi inuidere, Vir admodum Reuerende, quod cominus nunc ad patriam meam accedas, mihique adeo spem iniicias exoptatas, quod, exacto in academiis studiorum cursu, et doctrinae excellentis, et integerrimi exempli, sacerdotem coram aliquando in Te mihi licuerit intueti; haud tamen temperare mihi a dolore possum, quando ad praesentem, quem meditaris,abitum Tuum cogitationes meas aliquantisper fino deflectere. Doleant eum boni omnes, nec ego possum non praeuiderem, me hoc ipso et Praeceptore orbatum dexterimo, et Patrono desitutum singulari, et Consultoris optimi exutum praesidio fore. Quid multa? ELSVVICHIQ, Viro supra omnem meam laudem posito, non amplius fruiturum me esse, praeuideo. Grauior haec est, quam ut leuiter saltem me tangat, iactura. Majoris eam momenti aestimo, quam ut uincere conceptum statim

tim dolorem possim. Neque enim cumulus eorum, quae Tibi  
a me debentur, obliuionis a me tabulis inscriptus, aut officii  
magnitudo mentis meae considerationi subducta est, sed infixa  
ibi haeret, ne culla inde temporis eradicetur iniuria. At quor-  
sum haec? Fallor? an indignaberis sere, Vir Celeberrime, me  
iam conqueri apud Te sortem meam, qui, Tibi ut gratularer,  
haec scripsi. Et, fateor, uideri omnino prima fronte poterant  
haec duo inter se pugnare. Quod si tamen, ut spero, credi-  
deris, illud amoris, ut hoc est officii, esse; ignoscas, confido,  
me, quae intra me ipsum sentio, publice Tibi exposuisse. Faxit  
modo, pro gratiae tuae magnitudine, DEVS immortalis, ut Tu  
desiderium, quod Vitembergae apud sinceros omnes relinquis,  
Stade non minus semper, et replet, experiaris. Idem Sacrostan-  
ctum Numen Tibi angelorum tuorum in itinere submittat  
praesidium, nec sospitem solum atque incolumem Te in urbem  
Stadensem dederat, sed et ibidem laboribus Tuis, pro uerita-  
tis, et ecclesiae, qua partium est puriorum, incremento suscipi-  
endis, pondus accedere iubeat eximum, ut animarum, curae  
Tuae concreditarum, praefentissimo commodo, doctrinae  
Tuae et sapientiae fructum ferre exoptatum copiosumque pol-  
lis. Quicquid optaueris, praeueniat DEVS uota Tuas, uires lar-  
giatur arduo, quod sustinebis, officio pares, muniat coelestium  
excubibus sermones Tuos, custodiatur gressus, negotis Tuis atque  
curis adit omnibus. Erit hac ratione, ut gloria, meritis hacte-  
nus Tuis acquista, per complures adscendat honorum gradus,  
donec tandem in ipso felicitatis summae fastigio perficiat. Ita  
uoueo, nec supererit mihi dubium, Vir *tua ueritate*, quin cuncta  
haec, quae uoui, diuinus Tibi dicata fuerint atque consecrata.  
Saltem ex uocatione Tuae, que, si alia unquam, inter prouid-  
entiae diuinae testimonia numerari rarissima debet, eius rei  
indictum sumere licet, quod omnem longe deprimi dubitandi  
rationem. Nihil itaque supererit aliud, quam ut sacro coetu,  
cui propediem praeficiendus es, Pastorem optimum, ecclesi-  
ae universae strenuum militem, Tibimet uero ipsi Tuae dex-  
teritas, et explicandae, et amplificandae occationem, diuinis  
datam, ex tota, et obsequiosa, animi mente, congratuler.  
Quod dum facio, ut moleste non feras compellationem hanc  
meam, meque, quem praeuentem uoluisti adamare, absentem  
perinde Tuis, et precibus, et benevolentiae, commendatum  
semper habeas, obnoxie insimul atque unice contendo.

Vale. Scr. Vitembergae in Saxonibus, III, Kal. Iunii  
anno 1717.

Hng VI 180

VDR

KO 17





VIRMO  
 MAXIME REVERENDVM AMPLISSIMVM  
 EXCELLENTISSIMVMQVE  
 DOMINVM  
 IO. HERMANNVM  
 AB ELSVIVICLII

S. THEOLOGIAE LI MVLTO DEXTERE  
 AMPLISSIMAE FACVLTATIS  
 VITEMBERGENSIS HVCDVM  
 ET THEOLOGIAE CAN  
 INSIGNITER PROMER  
 NVNC STADAE IN DVC.  
 AD DD. COSMAE ET DAN  
**PASTORIS PR**  
 MVNVS OBITVRV  
 PATRONVM SVVM AC STVDIORV  
 AETATEM CVM CVRA SIBI  
 SALVERE IVXTA ET VALE  
 EIDEMQVE  
 SANCTVM HOC OFFI  
 ANIMO QVO DECET OBSER  
 PIE GRATVLATVR  
**MEINHARDVS**  
 BREMENSIS

VITEMBERGAE LITERIS SAMV

